

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

**Terentivs,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope  
innumerabilibus|| emendatus.||**

**Terentius Afer, Publius**

**Venetiis, 1558 [erschienen] 1559**

Scena Prima.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](#)

## ACTVS QVINTI SCENA PRIMA.

CHREMES, SIMO.

C. Ati' iam, sati' simo spectata erga te amia  
citia est mea:

Sati' pericli coepi adire: orandi iam fi-  
nem face.

Dum studio obsequi tibi, pene illusi uitam filiae.

S. Immo enim quammaxime abs te oro, atque postulo  
Chreme,

Vt beneficium, uerbis initum dudum, nūc re cōprobēs.

C. Vide, quām iniquus sis prae studio. dum efficias id,  
quod cupis,

Neque modū benignitatis, neque quid me ores, cogitas:  
Nam si cogites, remittas iam me onerare iniurijs.

S. Quibus? C. ah rogitas? perpulisti me, ut homini ado-  
lescentulo,

In alio occupato amore, abhorrenti ab re uxoria,

Filiā darem in seditionem, atque incertas nuptias;

Eiu' labore, atque eiu' dolore gnato ut medicarer tuo.

Impetrasti: incepi, dū res tetulit: nunc non fert: feras.

Illā hinc ciuē esse aiunt: puer est natus: nos missos face.

S. Per ego te deos oro, ut ne illis animū inducas credere,  
Quibus id maxume utile est illū esse quam deterrimum.

Nuptiarū gratia hæc sunt ficta, atque incepta omnia.

Vbi ea caussa, quamobrem hæc faciunt, erit adempta  
his, desinent.

C. Erras. cum Dauo egomet uidi iurgantem ancillam. S.  
scio. C. at

Vero

ANDRIA

D.  
vero uoltu; cum, ibi me adesse, neuter tū præsenserat.  
S. Credo; & id facturas, Dauus dudum prædictixit mihi:  
Et nescio quid tibi sum oblitus hodie, ac uolui dicere.

ACTVS QVINTI SCENA II.

DAVVS, CHREMES, SIMO,

DROMO.

- D. Nimo iam nunc ocioso esse impero. CH.  
a hem Dauom tibi.  
S. Vnde egreditur? D. meo præsidio, atque  
hosptis. S. quid ilud mali est?  
D. Ego commodiorem hominem, aduentum, tempus non  
uidi. S. scelus,  
Quemnam hic laudat? D. omnis res est iam in uado.  
S. cesso alloqui?  
D. Herus est: quid agam? S. o salue bone uir. D. hem  
simo, o noster Chreme,  
Omnia apparata iam sunt intus. CH. curasti probe.  
D. Vbi uoles, accerse. S. bene sane. id enim uero hic  
nunc abest.  
Etiam tu hoc respondes, quid istic tibi negocij est? D.  
mihin? S. ita.  
D. Mihi ne? S. tibi ego. D. modo introij. S. quasi ego,  
quam dudum, rogem.  
D. Cum tuo gnato una. S. an ne est intus Pamphilus? cru  
cior miser.  
Eho, non tu dixti esse inter eos inimicitias carnufex?  
D. Sunt.

